


Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes Solidi Seite 78 (Schilling))], About 1470-72



40
Utrum suffragia scilicet pro multis ecclesie proficiant singulis sicut secundum thomam et petrum. Si valor suffragiorum consideretur secundum quod valet ex virtute caritatis sic tamen proficiunt singulis ac si pro uno tamen fierent. Quia caritas non minuit si distribuat affectus in multos immo magis augetur: Et similiter etiam gaudium ex caritate procedens quanto pluribus est communi tanto fit maius. ut dicit Augustinus in libro confessionum. Et sic quantum ad augmentacionem potest intelligi. de. co. d. quinta. Non mediocriter. Si autem consideretur valor suffragiorum in quantum sunt satisfactorii quodammodo pro intercessionibus facientibus translate in mortuos: magis valet ei pro quo specialiter fiunt. Dicendum est effectus suffragii dividitur ex diuina iusticia inter eos pro quibus fiunt. **U**trum utrum suffragia specialiter pro aliquo eorum proficiant alijs: sic secundum thomam et petrum: Cum suffragium fit virtutis finite et detinetur pro intercessionibus facientibus qui voluerit valet ei pro quo fit. quantum ad liberacionem a peccatis. tamen quantum ad communitacionem et interiore consolacionem. secundum quod unum in caritate exprimitur de bonis alteri gaudet sic valet omnibus in caritate exprimitur et plus ei quam in maiori caritate est. **U**trum utrum missa pro defunctis scilicet ecclesie valeat defunctis sic alia missa de sanctis hoc tempore: sic secundum thomam in .iiii. d. xlv. In officio missae non solum est sacrificium sed etiam sunt orationes. Et ideo suffragium missae dicitur duo de partibus scilicet orationem et sacrificium. Quantum igitur est ex parte sacrificii oblata missa de quocumque dicatur pro defuncto: Et hoc est proprium quod fit in missa: Sed ex parte orationum magis predestinata illa in qua sunt orationes ab ecclesia ad hoc determinate. Sed tamen iste profectus recipi potest per maiorem deuotionem vel eius qui dicit missam vel eius qui